



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XX. Vt bis in anno Synodus celebretur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

IMPP.
ab aliis
Anno
e circa
quæ ab
senten-

vacan-
ter ple-
iderit,
am di-
autem
iscopus

itione,
mini-
ecclæ-
unica-
at ple-
ouin-
liquid

in pa-
, sed
susce-
i, ita
t con-
uincia
ompe-

ANNO
CHRISTI
341.

IVLIUS P. I. ANTIOCHENVM. CONSTANTIVS CONSTANS IMPP. 671

XIX.

Episcopum non ordinandum sine consilio & præsentia metropolitani episcopi, cui melius erit, si ex omni prouincia congregentur episcopi. Quod si fieri non potest, hi qui adesse non possunt, proprijs literis consensum suum de ipso designent, & tunc demum, post plurimorum siue per præsentiam, siue per literas consensum, sententia consona ordinetur. Quod si aliter, quam statutum est, fiat, nihil valere huiusmodi ordinationem. Si vero etiam secundum definitas regulas ordinatio celebretur, contradicant autem aliqui, propter proprias & domesticas similitates, his contemptis, sententia de eo obtineat plurimorum.

XX.

Propter ecclesiasticas causas, & quæ existunt controuerfias dissoluendas, sufficere visum est bis in anno per singulas prouincias episcoporum Concilium fieri. Semel quidem post tertiam hebdomadam paschalis festiuitatis, ita ut in quarta septima na sancti paschæ perfici Concilium possit, conuocante metropolitano episcopo omnes prouinciaæ episcopos. Secundo autem Concilium fieri Idibus Octobris, qui dies apud Græcos Hyperberetæi mensis decimus quintus inuenitur: ita ut in his Conciliis procedant omnes presbyteri, diacones, & reliqui qui se laeos dicunt, ut in Concilio eorum causa examinata, ad debitum iudicium perue-niant. Nec liceat vlli proprie apud semetipsum Concilium celebrare, præter eos quibus metro-poles creditæ sunt.

Dif. 63.
Episcopus
non est or-
dinandus.

Dif. 18.
Propter ec-
clesiasticas.
Et in decr.
Iuo. lib. 4.